

87. 49. 11. 11. 11.

[Blank white label]

Journal
de
M. de
Lamoignon
à
Paris
de
1728
à
1743

BX1749
.V5
1728-1743
v.6
c.1

R. P. M.
FR. EMMANUELIS
DEVILLARROEL
PINTIANI,
MONACHI BENEDICTINI
LAURENSANENSIS,
THEOLOGIE DOCTORIS,
SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS,
 A C
CONGREGATIONIS
VALLISOLETANÆ
CONCIONATORIS GENERALIS,
IN SACRAS
TAUTOLOGIAS,
CUM ILLUSTRATIONIBUS
PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,
ET POLITICIS,
COMMENTARIORUM
LITERALIUM
TOMUS SEXTUS.
SECUNDA EDITIO.

46208

46298



CUM PRIVILEGIO.

UNIVERSIDAD ADUAG. LA DE NUEVO LEON
 CAPILLA de FON-SINA DEL .FECA UNIVERSITARIA
 Bk. 34 MICROFILMADO 3/2/88

Matriti: Ex OFFICINA apud Hæredes Francisci del Hierro. Anno Domini
 M.DCC.XXXVII.

ser. s. Aparicio S. Michaelis
 2. 3. 7. dup. mai. 4. ord. Bened. 1. 11
 8. 11. com. in Laud. & Mi
 Cred.



1080044877

Bx1749

v5

1728-1743

V.6

FR. H. DE VILLARROEL
 DE PINTANI
 MONACHI BENEDICTINI
 LAURENSANENSIS
 THEOLOGICAE DOCTORIS
 SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS
 A
 CONGREGATIONIS
 VALLISOLETANAE
 CONCIONATORIS GENERALIS
 IN SACRAS
 TAU TOLOGIAS
 CUM ILLUSTRATIONIBUS
 PANEGYRICIS ANAGOGICIS TROPOLOGICIS
 ET POLITICIS
 COMMENTARIUM
 LITTERALIUM
 TOMUS SEXTUS
 SECUNDA EDITIO



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON

132782

MICROFILMED BY
 UNIVERSITY MICROFILMS
 INTERNATIONAL
 SERIALIZED BY
 UNIVERSITY MICROFILMS
 INTERNATIONAL

ILLUSTRISSIMO,
 AC REVERENDISSIMO
 DOMINO

D. F. IOANNI ANTONIO
 BENAVIDES, MUÑOZ DE SALZEDO

REGIO CONSILIARIO, ECCLESIAE MINDONIENSIS
 PRÆSULI DIGNISSIMO.

Fr. Emmanuel de Villarroel S. P. V.



Encomijs quisquis propensè gratibundus stu-
 det, laudanda merita obsequiosus inquit.
 Exigua profectò, si quæruntur merita:
 magna, dum obvia. In te (illustrissimi
 Princeps) quicquid obiectum, uti mi-
 rum, totum encomium: verùm celsiora
 magis, quæ non videntur. Inadæquate uti-
 que celebrabuntur laude, quæ debent ad-

miratione. In te decus linguæ, regnumque dicendi. Planè fulges arte
 Plato, Cato vitæ, Tullius ore. Unde quicquid à nobis è Sacra pa-
 gina fuit, ad te, ut par est, uti in pelagum flumen, avidissimè con-
 fluit. Minimè cedit gratiæ; quod tot titulis, meritis, donis, debetur
 iure. Errat, qui tribuit obsequio, quod obstringitur officio. Donum
 huiusce voluminis videretur oblatio, sed tantùm videretur donum; eò
 quòd plenissimo iure tributum: quantumvis etenim speciemina
 amoris, vœtigal æstimandum observandæ gratitudinis; quam taci-
 tè exigunt merita, munera, gratia, cuius radix pectoris magnanimiti
 generositas, respondet quibus, praur valet, obærata voluntas. En
 præclara, laudibus obvia, inventa, sed non quæsitæ. Vita tota præ-
 conium: pietas ac gratiarum studium nata sunt tecum.

Ad magna profectò natus, magnorum decus. Fulget potiùs in
 factis præclarissimis, quàm in venis, ex origine nobilissimus san-
 guis. Ex inclyta stirpe Comitum de Sanctiteban, Cocentanæ,
 Marchionum de las Navas & Solera, nites ramus. Quid ulterius?

Quis venerabilior sanguis? Quæ maior origo,

Claud. de
Laudib. Se.
ren. v. 76.

*Quam regalis erit: Nec tantum poterat contingere nomen
Angustis laribus.*

Sen. Epist.
44.

Idem, ibid.

*Omnes hi Maiores tui sunt, Dignus apparet Maioribus, uti Ma-
ximus, & vita & sapientia, & munere; ostendentibus a nullo te no-
bilitate superari valere. Quis ergo generosus? Ad virtutem bene à
natura compositus. Hoc unum est intuentum. Primates Hispaniæ
sunt, flosque Bætica. Sed tibi quid inde? Decus addis tuis, tuo-
rum decus. Cunctorum splendor uno se pectore claudit.*

Claudian.
Paneg. Theo-
der. v. 95.

Condidit, & maior collectis viribus exiit.

Nihil, nisi tuæ insignia virtutis, valebat imponi tantis insignijs no-
bilitatis; quæ singulos familiæ numerat triumphis. Quasi non suffi-
ceret ambitus terræ, Theatra constituit è mari, ut totius fieret spe-
ctaculum mundi, rutilante splendore generis non solum Hispaniæ,
sed & orbi; extollenti clarissimam stirpem, virorum atque trium-
phorum pariter matrem. Cunctorum igitur nomina in templo im-
mortalitatis scribit quotidie fama, & legit Euclia.

Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes

Cognatos procedit honos. Quemcunque requires

Hæc de stirpe virum; certum est de Consule nasci.

Per fasces numerantur avi: semperque renata

Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,

Continuum simili servantia lege tenorem.

Tibi itaque (illustrissime) licet non faveret sanguinis decus; in no-
bilitatem sufficeret sola virtus.

Una enim & altè in statione sedent.

*Si inveterata, & per genus ductæ divitiæ nobiles faciunt; multo ma-
gis præstantior est, cuius origo ibesauris prudentiæ locuples inveni-
tur. Virtutem sanquam, quæ fortis, non faciunt; verum nobilem
ad illam impellunt, & robur adiiciunt. Anget hæc & natalium &
paternarum facultatum splendor; quibus singulis multum commen-
dationis. Tua quidem virtus, tui nostrique honos, pingi nequit,
quia caret coloribus: dicitur aspectu, sed duntaxat comprehenditur
animo.*

Ipsa tamen potuit talem te fingere virtus;

Qualem animus possit cernere, non oculi.

Fugisti in D. Hieronymi institutum sacrum, in terra cœlestem do-
mum; ut quæ cœlo ex mundo vana, oblivionis studio fierent so-
lida. Fugisti in Monachatum, sed non fugisti. Ingredieris, ut ne-

scia:

Idem in
Probin. 2 v.
22.

Achil. Boc-
ch. symbol.
10.

Cassiod. 8.
Variar. 19.

Plin. 10.
Epist. 3.

Achill. sym-
bol. 24.

sciaris; frustrata cogitatione: lucas quidem magis, dum magis abs-
conderis. Haud facile, splendorem in tenebris suffocari: sese lu-
men prodit: quod tenebræ obscuriores, vividior, præstantia iubaris.
In medium te protulit ingenij atque genij vigor, religiositatis ful-
gor, & observantia decor. *Tanta notitia te invasit; ut si in ex-
trema mergaris, ac penitus condaris; tenebras habere non potes. Se-
quetur pristinae lucis multam, quocunque fugeris.* Ingredieris cun-
ctorum iubar, nobilitatis, & humilitatis exemplar. Quam minuis,
excellentiam auges. *Tu licet contemnas ipse te, magnus es. Magnum
næ, vel tunc in tenera ætate regi & regere: dirigere, & simul di-
rigi; summis atque infimis ex tunc charus, quibus reverentia ac-
cesserat, quoniam à te prius reverentia obsequiosè vocaverat,
adficiente conciliatione verentes; siquidem prius verentes reve-
rebaris. Cunctorum dotes tuo pectore cingis, & corda furaris; dum
primus in opus præsens exactor incederes, atque focius gravami-
na relevares. Leges ut acceperas, operatione dabas. Manibus Fe-
cialium nutritus, evasisti ducentium ductor, rectorum rector.
Felix ingenium! Salutaria in transitu rapuit. Nam ut Dij immor-
tales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars natura
sit eorum, esse bonos; ita quidam ex hominibus, egregiam sortiti
indolem, in ea quæ tradi solent, perveniunt sine longo magisterio;
& honesta complexi sunt, ut primùm audierant. Unde ista tam ra-
pacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia? In bonum pronos virtus ci-
tius educit ad summa. Haud secus imperator in sacris castris cum
stupore fulges, vel dum militiam exerces.*

Iam tenera informas venturis moribus ora.

Quanti quidem fulgidi honoris in candelabro, qui vel lucebat sub
modio? Fallor, prius dotibus, quàm muneribus superior. Excel-
sum nunquam te ostendit virtus honoris: nonnunquam honor vir-
tutis.

— Ante omnes: medium nam plurima turba

Hanc habet, atque humeris exstantem suscipit altis.

Cum tecum cunctorum ornamenta & commendabilia & pretio-
sissima haberes; haud quærebas meritis ditissimus, dignitates; sed
ab illis quærebaris, ut possent tecum momenta acquirere hono-
ris. Nunquam sanè ampliorem dignitates habuere, quàm tuo te-
cum optabili moderamine. Ultra Talabrigam præcognizat Scorialis
infitam gloriam. Inde grande nomen, & gaudium, expertis quo-
tidie

Sen. Epist.
19.

Hieronymus
Præfat. i. in
Iob.

Senec. d.

Sen. Epist.
95.

Paulinus
Carm. 1. 7.

Virgil. 6.
Æneid. 7.
667.

tidie, quàm aptè, quàm decorè, quàm pulchrè humeris tuis fede-
 ret imperium, & sine imperantis gravaminè, respondente pruden-
 tià cunctorum expectationi. Altruit Monasterium, astruit aula,
 quæ ex egregijs, adiutrice famà, construit nomina; electionem
 Monarchæ plaudente Regià, exprimente etiam Procerum gau-
 dio, quàm ad unguem in superiorem dignitatem Superioris ele-
 ctio. *Ad hoc audiebas Senatus populique consensum. Non unius iu-
 dictum illud, illa electio fuit: nam qui ubique sunt homines, hoc idem
 votis expetebant. Ille tantùm iure Principis præoccupavit, quod
 omnes facturi erant. Nec hercule tantoperè cunctis factum place-
 ret; nisi placuisset, antequàm fieret. Cuiò electio gloriosa ab ele-
 ctore destruitur, dum ab illo altius fastigium iuxta merita decer-
 nitur. Vide quantus es, quæ dotes sint, quæ ornamenta, & qualia
 munera; ubi Monarchæ videtur, sic eminere, non eminere, sed
 cadere: non extolli, sed iacere. In amplissimum meritum, celsiorem
 meditaturo ornatum, præstantius solum; ne vagarentur querula
 merita & munera, ut concilientur munera dotibus, electique
 ornamenta muneribus. Altera ex alterius sine nascitur dignitas.
 Potestas maior, sed vir potestati par. Nuncius à Principe nil at-
 tulit novi. Non novum, quod fueras, esse. Vera utique gloria, flo-
 rare electum in privata fortuna. Maioris ducitur, sine honore di-
 gnum honoris videri; quàm honorari: esseque dignum electione,
 quàm elegi. Lætantur ex assumptione cuncti; quia tecum omnes
 sunt ex honore dignati. Etiam Senatus impatiens solatium petit de
 honore virtutis: vestrumque Numen precatur, ut virum nostrà
 etate mirabilem tradat oculis posterorum. Non quòd ille præmia ter-
 rena desideret, qui gaudia corporis uti caduca calcavit; sed quia orna-
 mentis honorum incitatur imitatio, & virtus emula alitur honoris
 exemplo.*

Plin. Tra-
 jan. Pan-
 gry.

Sen. Epist.
 10. & Tit.
 Liv. lib. 4.
 scilicet 53.

Symmach.
 lib. 10. Ep.
 25.

Eccles. 44. 20

Ibid. 50. à. 1.

Tibi enim creditur (virtutibus ac munere Princeps) & à Prin-
 cipe Mindoniensis Ecclesia, & illi optabilis gloria; dum decantat
 & per compita sæpe: *Non est inventus similis illi.* Quàm aptè,
 sacra prædicant opera! Modò silentium, lapides clamabunt.
*Eccle. 44. 20. Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, & in die-
 bus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fun-
 data est, duplex edificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius
 emanaverunt putei (Heb. fontes) aquarum. Prævaluit amplificare
 Civitatem, & ingressum domus & atrij amplificavit. Hoc idem*
 in

in Ecclesiam Sponsam famosum opus. *Narrate in terribus eius.* Psalm. 72.
 à 13.
 Hæc vera Præfuls gloria, atque dignitatis gratia. In virtute eius
 ponite corda vestra.

Tecum ac per te (Rara avis in terra) Sanctuaria florent, auræ
 templa rigent. Quodnam in Diocesi Monasterium tuæ munificæ
 liberalitatis expers?

Cum lamentantur, non apparere labores. *Horat. 1.
 Epist. 2. v.
 17.*
 Tibi hoc summum, minimum gratiæ theatrum. Labori subsidium
 antevertit lamentum. Quæ à te facta? Quæ non facta? Non so-
 lum donis, sed & donarijs largissimè honoras; sed & oneras.
 Aliud è pulvere Monialibus erigis, aliud ædificijs extollis, aliud di-
 vite supellecile insertas, mecum magnificè fidem ultra coronas.
 Cuncta lustras & illustras adinstar Solijs, ut omnia videas & in au-
 xilium videaris ab omnibus. Cuncta lustras, ut pauperes fovéas
 & favéas

Humanum curare genus quis terminus unquam?
 Præscripsit? Nullas recipit prudentia metas.
 Adde, quod hæc potuit multis contingere sedes;
 Sed meritis tantum redeunt, actusque priores
 Commendat repetitus honor, virtusque reducit.

Titulos ornas, non ornaris. Non tua te movet in celsitudine cel-
 sitas, sed communis utilitas. Munus tibi traditur, sed tu muneri,
 quotidie admirabilior, maior & celsior. Verùm quia te nescis suf-
 fragijs Nemesis maior. Nihil in tanta magnitudine à cæteris dif-
 fers nisi morum præstantià, atque dotium eminentià, viva virtu-
 tis imago. *Vir Magnus, etiam si maximis comparetur.* Ascendisti
 in honorem; sed non tuum, quippe in splendorem honoris. Illu-
 strem accepisti, illustriorem habes, & illustrissimum reddes. Cla-
 ret, quanti sit in maiestatem dignitatum eligi dignum; & in am-
 plius auctoramen, dotibus ac ornamentis digniorem. *Scis, ubi ve-
 ra Principis, ubi sempiterna sit gloria, ubi sint honores. Arcus
 enim & statuas demolitur & obscurat oblivio, negligit carpitque
 posteritas: contra, contemptor ambitionis, & potestatis domitor ac
 frenator animus ipsa vetustate florescit; nec ab ullis magis lauda-
 tur, quàm quibus minimè necesse est. Non ergo perpetuà fama, sed
 bona concupiscenda. Eà porrò non imaginibus & statuis, sed vir-
 tute ac meritis prorogatur. Formam Principis favor hominum ex-*

Psalm. 72.
 à 13.

Horat. 1.
 Epist. 2. v.
 17.

Idem 2. Od.
 17. v. 3.

Claud. Theod.
 dor. d. à v.
 141.

Senec. 7.
 Benef. cap. 4.

Plin. Tra-
 jan. Pan-
 gry.

pri-

primit: quod quidem prolixè tibi cumulàtèque contingit; cuius le-
tissima facies & amabilis vultus in omnium civium ore, oculis, ani-
mo sedet.

Senec. quò
audum.

Non hoc cèrramen adulationis, sed officium iustitiæ in theàtro
& in theàtrum plausibile veritatis. Haud formidinis, quid dicam,
sed quid non dixerim. Quam de me, Monasterioque meo præclarè
meritus vixeris; dicam, quia taces.

Virgil. 12.
Æneid. à v.
57.

Tangit honos animum: spes tu nunc una senectæ
Te penes. In te omnis domus inclinata recumbit.

Plin. d.

Quid ultrà prædicem? Non alius erga te novus honor superest, quàm
si aliquando de te tacere audeamus. Rupto silentio, gratitudo expres-
sit gratiam; ut tuam posset superare modestiam. Tibi volumen &
nos dicamus, sed denuò, quippe semper addicti obsequio, studio
& officio. Vive felix. Vive diu.

Tibull. 1.
Eleg. 6. v.
63.

Proprios ego tecum,

Si mōdò fas, annos contribuere velim.

CENSURA R. ADMODUM P. M. FR. IOSEPHI DE BARNUEVO,
Congregationis Benedictinæ Hispaniarum Generalis Magister, olim electi Abbatis Le-
recensis, post Rm. P. Generalis Iudicis associati, atque Abbatis Hydruntinis, Regni
Nabarr. & pro statu Ecclesiastico quondam Deputati, ac demum Monasterij Parrochia-
lis S. Martini Matritensis Abbatis, & Parrochi, necnon eiusdem
Congregationis Diffinitoris Generalis.

Tomum sextum Commentariorum Literalium in Sacras Tautologias, Auctore R. admo-
dum P. M. Fr. Emmanuele de Villarroël, nostræ Congregationis Monacho, & Doctore
Theologo, Sacrarum Literarum Interprete, Generali Concionatore, & Monasterij
Laurentanensis semel atque iterum Abbate, nostræ consue. commissum à Rmo. P. N.
M. Fr. Antonio Sarmiento eiusdem Congregationis Generali dignissimo, & pro Regijs sessio-
nibus super Purissimæ Conceptionis mysterio Theologo, qua potui animi intentione, & non mi-
nori voluptate evolvi.

Opus sanè a multis sacrarum literarum studiosis, qui iam edita liberarent, impatientè de-
sideratum, & avidè questum; sed postquam illud attentè legerint, & adamum judicij exami-
naverint, curiositatem propriam, me iudice, intemperantiæ accusabunt; adeo enim plenum,
& elaboratum egreditur, ut mirum sit, quod ad fruendam publicæ lucis usuram maiores non tra-
xerit moras. (a) Nihil, enim, rerum ipsa natura voluit magnum effici citò præposuitque pulber-
rimo cuique operi difficultatem, qua ascendi quoque hanc fecit legem; ut maiora animalia diu-
tius disceribus parentam continerentur; sed tamen fecunda Auctoris mens, pernix ingenium
nesciens tarda molimina hanc naturæ legem transgrediens, tantum maturaverit, & edidit foetum.

Quinque alios huius sexti Tomi germanos fratres publici juris fecerat, quorum sic artem,
copiam, varietatem, pulchritudinem, sermonisque nitorem prebens exuperat, ut videri pos-
sint filius unicus patris sui, & ipsius sapientiæ hæres institutus, ex alie: unde non tam ordine Aris-
meticæ, quàm dignitatis; senarius numerus ipsi debetur; (b) Quia senarium numerum consideran-
tes invenimus esse perfectum.

Eruditorum hominum libri sunt nobilior pars animi, ingenij proies, filij, & hæredes, qui
parentum sapientiam obli testantur, dum caduntur, quia sapientia sponsa est, non ancilla, &
prolem de se videre desiderat, hoc est, ingenij fetus, & quoddam mentis partus, quos non
tam libros, quam liberos vocare debemus; inglorius enim vixit, qui in aliqua disciplina diu
versatus absque his liberis supremum diem clauit. (c) Qui in aliqua disciplina diu laboraverunt
adstringuntur, ex debito professionis, quæ mente conceperunt instar seminis in lucem proferre.

Non defuit debito eruditissimus Auctor, qui licet toto vixit decursum suoptè ingenio factis
litteris mancipans, dicendis ex suggestu concionibus ex munere deditus tanta posteritate sa-
pientiæ semina mandavit, ut post quinque iuxta pariter & præclara volumina, Sextum modò
reliquis perfectissimè, & ditius in lucem proferat, ut verbi divini Praecones in ipsius lucubrationi-
bus, pro adornandis sacris concionibus. Bibliothecam integram & paratissimam habeant, nec
ultià quid desiderant; sed qui mirum, quandoquidem ut aliquis iudebat.

Et puer, & iuvenis chartis impalluit, & virum quilibet et sic ditionis animus
Et nunc; non alium se caput esse senem.

Copia, in subiecto opere, non turba, sed opus venit, adeò, concinè digestum, & ordina-
tum, ut corpus resulset suis ita distinctum membris ut nihil desit, quod artis regulæ exigant, &
desideret ipsius integritas, in quo pulchritudinis, & elegantia summa posita est; quæ ex apta
membrorum inter se consensione efflorescit, iuxta illud:

Nec primo medium, medio nec
Discrepet imum.

Stylus in totius operis seric, strictus, præstus & comptus, & in quo plus intelligitur, quàm le-
gitur; ut quondam pingebat Timantes: (d) In cuius omnibus operibus intelligebatur semper plus
quàm pingebatur; & cum ars summa esset, ingenium tamen ultra artem erat.

Sed cum unusquisque in suo sensu abundet, forsam non deerit, qui Auctori succenseat tan-
quàm qui multus sit in coacervandis humanioribus literis, & eruditione profana; & craque do-
ctrina candorem Ethnicorum sordibus polluat. In fugillationem sic desipientis Zoily subaudio
Auctorem opponentem Doctorem Gentium, qui non semel Poetarum ulus est numeris, ut Epi-
menidis versiculo; (e) Cretenses semper mendaces, mala bestia; & verbis Menandri: (f) Corrum-
punt bonos moris colloquia mala; & Arati: (g) Ipsius Dei genus furvus.

Necnon obijcientem Hieronymum late, & erudite hanc materiam versantem, dum de Apo-
stolo.

CENSU-

(h) Epist. ad mag. Orat. Roman.

solo modo allegato, hæc scribit: (h) Dedicat enim à vero David legere de manibus hostium gladium, & Goliath supervisum caput proprio mucrone truncare; legerat in Deuteronomio Domini voce præceptum mulieris captivæ redendam caput, supercillia, omnes pillos, & unguis corporis amputandis; sic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum si ego sapientiam secularem, propter eloquii venustatem, & membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israeliticam facere cupio; & si quia in ea mortuum est, idololatria, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcidi, vel rado, & mixtos purissimò corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaotib?

(i) In Laudat. Bas. Magn.

Nec alienum est à Hieronymi mente Gregorij Nacianzenis iudicium, qui de eodem argumento hæc aurea literis consignavit: (i) illud inter omnes homines sane mentis constare arbitror, eruditionem inter omnia humana bona principatum tenere, non illam solum generosorem, ac nostram, quæ contempto omnis sermonis lepore, & ornata saluti uni, atque earum rerum, quæ antmo percipiuntur pulchritudini arctissime inheret, sed extraneam etiam, quam plerique Christiani pravo quodam iudicio, ut insidiosam, & periculosam, ac procul à Deo avertentem, respunt. Et post pauca: Minime damnandas, aut negligendas esse literas istas, & stultos, atque imperitos habendos esse qui hoc existimant, qui omnes esse sui similes cupiant, ut privatum eorum dedecus sub communi delictis, nec quisquam eorum infamiam prodant.

(j) In lib. qui Die in- scrib.

Eadem de re præclare Synelius, qui mira varietate, & copia sententiarum atque argumentorum probat: (j) Homini Theologo, nec ornatum elocutionis, nec humanioris doctrina deesse debere, ut omnibus numeris sit perfectus.

(K) Plin. lib. 4. Epist. ad Maxim.

Ut iudicium meum de opere absolvam, nihil se offert optandum, nisi quod Auctor superstes sit editioni aliorum operum, quæ promissit, ne immaturo fatu tollatur in magnam Republicæ literariæ detrimentum: (K) Nam mihi videtur acerba semper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant: nam qui voluptatibus dediti quasi in diem vivunt, vivendi causis quotidie stant; qui verò posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, isti nulla mori non repentina est, ut quæ semper inchoatum aliquid abumpat.

Denique illud luce publica dignissimum iudicio; cùm in eo nihil Orthodoxæ fidei non consonum, bonis moribus non conforme deprehendem. Sic censo in hoc S. Martini Matritensis Cœnobio, Postridie Kalend. Ianuarij anni millesimi septuagesimi vigesimi quarti.

M. Fr. Josephus de Barmeo.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magister Fr. Antonius Sarmiento, Congregationis S. Benedicti Hispaniæ, & Angliæ Generalis &c. ut Tomus sextus Commentariorum literarum in Sacra Scriptura Theologias elucebratus à R. P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, sacrarum Literarum Interpretere, nostræ Congregationis Generali Concioneatore, ac Monasterij Laurenfanensis iterum Abbate, quoniam à viris doctis quibus ipsum examinandum commissimus; recognitus, & approbatus, typis mandari, & in lucem prodere valeat, quantum ad nos attinet, tenore præsentium sigillo nostro, & subscriptione munitarum, facultatem concedimus; in nostro Sancti. Ioannis Burgenis Cœnobio die 12. Aprilis anno Domini 1724.

Magister Fr. Antonius Sarmiento,
Generalis Congregationis S. Benedicti

M. Fr. Carolus de Couabari,
Secretarius.

APPRO-

APPROBATIO R. P. M. FR. DOMINICI LOSSADA, LECTORIS Jubilati Complutensis, Archiepiscopatus Toletani Examinatoris Synodalis, Archivarij Generalis Ordinis, ac Custodis almae Provinciae Castellæ Regularis Obser- vantie S. Francisci, ac demum eiusdem Provincialis.

Mihi sanè quàm libentissimè obsecundanti præscripto, ac commissione perillustri D. Doct. D. Christophori Damasio, Sacri Illipulitani Montis Canonici, Inquisitoris Ordinarij, ac Vicarij huius Curie Matritensis, auspiciata sorte plurimum obsecundarunt tempus, atque facultas prælegendi, etiam & lectandi (tanta equidem me tenuit, traxitque rei pulchritudo singularis) lectum Tautologiarum opus elaboratum à Rmo. P. M. Fr. Emmanuele Villarroel, Benedictino, Theologiæ Doctore, Sacrarum Literarum Interprete, Congregationis Vallis Oletanz Concioneatore Generali, &c. In cuius illustratione, cum nihil in primis sanè doctrinæ, ac bonis moribus adveritum offenderim, nihil profecto non eximie lucidum, ac omnibus numeris absolutum deprehendi. Unde verba Goropij huc apprime consonant: (a) Hunc videmus Senarium esse, qui in Circulo in se rediit. Quæ totus ex suis totis partibus absolvitur, ita ut nihil vel desit, vel super sit. Quin etiam affabrè adeò concinnata, nova indagine illustrata, ac omnigenæ sapientiæ pulchra varietate contexta, singula conspicuuntur, ut totum simul construant ceu Encyclicon illud corpus ex omnibus scientiarum membris compositum: Et me quidem hercè, ab omnibus maxime demirandum, ni in Authore nostro ingenij miracula quæ iam visuisse videntur quotidianò usu. (b)

Iam diu per quinquaginta magna volumina in lucem edita, Authoris nostri ingenium orbi sese pandit universo veluti firmamentum quoddam scientiarum omnium plirygionia (tanquam stellis vermiculatum: cunctis maxime præudentibus, ac multum mirantibus excellam mentis aciem, & amplitudinem, qua ad omnia se vertit, versatque acuta, & dextra semper acu, quæ Ecclesiasticæ, sensus Sacræ Scripturæ exponens, eiusque recondita mysteria exenterans, nedum æquens, ex omnibus quibuscumque literis quæque optima hauriens, & affatim fundens: quæ itidem Theologus, difficillimas Sacræ Theologiæ extricans quæstiones, cum è re nata matericorum series id postulat ad sui consummatum perfectionem, non tamen more scholastico, sed more Antiquorum Patrum, Doctorum autoritatibus, & Sacræ Scripturæ testimonijis mirè concatenate. Dignus sanè, ut eorum instar, apud celestis favor, & divini eloquij (c) compelleretur, utpote qui ex floribus Bibliorum, & doctrinarum omnium dulcissimum legit favos, & suavissimam mella composuit; ac certe dignior, quam Plutarchus ab Enapio, conclamari: totius sapientiæ Venus, & Lyra. (d)

Quid igitur nobis superest iam maxime demirandum de Authore nostro tot ingenij miracula quotidie vegeta virtute producente? Porro si in mundi iuventute mirabatur Ioseph, quod adhuc viveret pater suus, vir integer, & Minister domus (ut inquit Caldens) doctrinæ, studijque deditus à primis annis; (e) modo iam senescente, mirari potius debemus de Authoris nostri vitali aura post tot literariorum agones, post tot exalanthos labores, post tot ingenij sudores, cum probatissimum sit, vel ipsa experientia teste, illud Tertulliani effatum: tot venientia, quot ingenia: tot pernicies, quot species: tot dolores, quot colores. (f) Ita quidem suos Cultores doctrinæ, quæ merito plaga nuncupatur à Nazianceno, sedulum studium, ac sapientiæ indefessus labor sanciant, imò & iugulant, ut non immeritò inter miranda recenseri debeat longæva vita eorum, sacro etiam clamante eloquio: qui addi scientiam, addi & laborem. Ubi alij legunt; tormentum, dolorem: Et tandem: moritur in adolescentia sua. (g) Sed enim præter propter vitam mortalem vivitur, atque verus sapiens fortis est: & vir doctus robustus, & validus, (h) ut agones ipsos strenuè appetat, nedum aggrediatur, vitam sponte licet in aliorum utilitatem: quippe sicut bombyx viscerat se in telis, quas subtiliter texit (trahitur enim sapientia de occultis) ut alios induat pretiosissimè. (i) At hinc triumphi, hinc palma ex callidissimo sanè Scriptoris studio, & operam Fortunatus nosser ex Cassiano describit hęc verbis: Felix intentio, laudanda sedulitas, manu hominibus predicare, digitis linguas aperire, salutem mortalibus dare, & contra Diaboli subreptiones illicitis calamo, stramentoque pugnare. Tot enim vulnera Diabolus accipit, quot Antiquarius Domini verba describit. Uno itaque loco situs operis sui disseminatione per diversas Provincias vadit. In locis sanctis legitur labor ipsius. Audiant Populi, unde se à prava voluntate convertant. Operatur absens de opere suo. Verba celestia multiplicat homo, & quadam significatione comprehensibili, si fas est dicere, tribus digitis scribitur, quod virtus Sanctæ Trinitatis effatur. O spectaculum bene

(a) In Hera math. l. 8.

(b) Ex August. in Ioan. tr. 4.

(c) Fortunat. Hæbet. Minor. Or. vitiblog. Mor. fol. 354.

(d) Ap. Hæbet. ver. loc. cit.

(e) Adduc. Pa. termus vit. vit. Ge. nec. 4. v. 32.

(f) Iacob autem vir simplex habitabat in Tabernaaculis. Genes. 35.

(g) v. 27. Ibi Cald. habitant in domo 40-41. Erina.

(h) Terrill. in Scorp. c. 1.

(i) Ecclesiast. c. 1. v. 18. Ap. Celad. in Iudith. c. 1. v. 14.

(j) Prover. 24. v. 5.

(k) Ap. Celad. cit. cap. 2. v. 59.

considerantibus gloriosum: arundine currente verba caelestia describuntur: ut unde Diabolus capus Domini in passione facti percussit, inde eius calliditas possit extinguat (j)

(j) Fortunat. Hucb. cit. fol. mibi 182. (k) Celad. cit.

Hæc certe Scriptoris nostri curas, & immensus labores maxime levant, imo excitant, & accendunt, ut velocis currat ad reliqua perficienda, quæ multum, diuque desiderantur. Mirum sanè quantas, quasque per diversas iam petiverit Provincias Author noster uno loco situs, vel verius, sub clauso positus, tanquam doctrina Reus, & Sapientia Martir (K) operum suorum diffeminatus: ex quorum ditissimo arario, tanquam sacro quodam Armamentario spiritualia armenta ministrante, accincti prodeunt mystici pugiles, ac sacri Phalangitæ adversus dæmonis phalanges, & vitiatorum copias debellandas. Non utique ei sufficiebat, si tantum proprijs viribus Verbi Dei machinam in hostes exeret. Ut enim esset in omnium prædicantium linguis, ipse omnes armis instruit: magis in Cacodæmonem lævicens omnes adiuvando, quam proprio ore concionando.

Nec minus gloriosè decernat æquus virtutum æstimator pro iam in patria triumphantium sanctorum Militum celebranda gloria, epinicijs decantandis, eorumque gestis, ut alios ad æmulationem provocet, dignis laudibus efferendis, totius etiam humanæ sapientię effusis rivulis, ut lustratis lymphis, sacris ancillentur, qui iniustus dominis adblandiebantur conficte. Enim verò, cum conceptum sermonem retinere quis haud facile possit, modo occasione nactus, vel etiam captans, dum Francisci Patris nostri laudes Author noster præ cæteris uberiore decantat copia, vehementiori affectus cursu, amoris pondere actus; ad Sanctissimam Benedicti, eiusque charissimæ Sobolis debitas rependere gratias, etiam non pro meritis; pro aliqua ita tamen nostræ gratitudinis, & innatæ propensionis monumento, compellor quam iucundissime.

Igitur Inclytus Minorum Pater Franciscus originem suam trahit ex clarissimis, ac limpidissimis Patriarchæ Benedicti fontibus, eique sanguine iunctus perhibetur. (l) O quanta hinc utriusque Parentis laudum seges! Haulit equidem Franciscus à Benedicti sanguine, vel ad hæroica virtutum facinora aggredienda, vim quandam innatam, ac nobilitatem ingenuam; à Francisci verò deofeculatione, & tactu postmodum Benedicti sacrasus glorificationem accipit, & claritudinem valde miram: Cum Dumerum olim Benedicti sanguine irriguum; ad Francisci tamen miras produxerit Rosas, quarum frondes, uti refert Fortunatus noster, vernant in plantario tota hyeme inter frigora, & nives: ex quibus etiam dicitur, aquam Rosaceam distillari, quæ pro vicino, ac religiosissimo horario ad Ecclesiæ Magnates, & ad Regnum Principes dispensatur. (m) Est equidem inquit, D. Ambrosius, unus odor omnia, sed tamen habet naturam odorem suum domesticum, quem soboles charissima speciali proprietate redolere videtur. (n) Et sanè, si tactu producere flores, veteres usurpabant ad alieuius felicitatem, & gloriam celebrandam, (o) absdubio ut Sanctissimam Benedicti gloria revivesceret clarior, vernantibus Rosas cælitus Franciscus protulit, purpureis linguis candidè declamantes tam singulare trophæum. Gloriam maxime potest Inclytus Benedictus talem, ac tantum nactus laudatorem, qui de spinis legens florem, naturæ legem transilivit, ut in æternum victuras loqueretur Rosas: Rosæque hæc insuper addidit ore, ut nunquam marcesceret debitorum memoria, quibus se, suosque filios oberatos reliquit syngrapha manu propria subscripta. Porro tempus, & charta deficerent, si vel primoribus labris degulare intenderem quidquid charitatis, & beneficentiæ, quidquid benevolentię, & comitatis, quidquid honoris, ac decoris ab ipso Religiosis exordio indefinenter accipit Franciscidam cætus à præclarissima Benedictina Familia. Sanctius dicam:

Non si pariter mihi vertice lato
Nec ut odoratas & Smyrna, & Mantua Lauros,
Digne loquar: medijs videor discumbere in astris.

Hæc vel indicasse sufficiant in æternum gratitudinis symbolum, dum longiorem sermonem protrahere haud valeo. Modò iam ad præcipuum scopum, & munus proram vertere oportet.

Quamvis enim Authoris nostri scripta communi Doctorum plausu, & approbatione eximie commendata, nedum accepta, fastigiata adeo affurgant, ut, sicut Memphitica Pyramidum miracula umbras contra se non patiantur insurgere: Surgit & ipsa suas consumit pyramis umbras, quia tamen quicquid pulchrum est, sequitur Momus, atque adeo varium, & difficile est humanum ingenium, ut infelicem iudicaverunt multi, quem labor intactum abire permisit, quippe magnorum conatum semper hostis; (p) Coronis erit, sub brevitate transcurrere à periculis Didascalis scriptam Dicam, & Crisim, ut non quidem meo, sed optimorum iudicio probatum iam opus cat factum rectum.

Certe quidem Authoris nostri ingenium acutissimum novam arripuit viam in Sacra Scripturæ Tautologijs enucleandis. Num propterea vellicandus? Imo ingenerosam est, teste Seneca sapere solum ex Commentario, & quasi Maiorum inventa nostra industria viam præcluserint, quæ in nobis effecta sit vis natura. (q) Sanè dehonetur præsens sæculum invidia præteritii:

(l) Ita P. Gall. Franciscan. in Præf. 409. Sacro. lib. 1. c. 8. ex Petro Spoletan. in Hist. Gal. sic. verb. Franciscan. Quibus alij addunt Yopes t. p. c. 1. Sandoval. Camargo, & alios. (m) Fortunat. Hucb. in Fest. S. Benedicti. (n) Ambros. lib. 6. in Expositio. cap. 4. (o) Pint. Specul. leg. Sacro. 11. c. 130.

(p) Aut c. 11. Salvian. ad Eccles. lib. 4. Sherlog. in Cantic. tom. 1. An. telog. 11. (q) Ap. Sherlog. cit. Antolog. 2. feb. 1.

illi tribuitur, quod huic admittitur: & defloratione nostræ ætatis viventis, & iuvenescens, floret ætas prisca senescens, & emortua. (r) Nec enim adhuc exhaustus est divinarum literarum Thesaurus, qui absami minime potest, ut inquit Chriostomus: imo abyssus questionum Scripturæ est, quoniam questionum nullus erit finis: ecce enim si hæc solvero, mille aceruos ostendam questionum. (s) Unde luculentissimo eloquentissimus Chriostologus: Singula Scripturæ verba, si libris singulis mandarentur, nec sic mysteria, quæ in ipsis sunt; audientibus perirent. (t)

Ex Tautologiarum literari expositione vela expandit ingeniosissime ad Didascalias inde pullulantes contentendas, eximij Interpretis partes suscipiens iuxta Gregorij Romani sapiens præscriptum: Særi enim Tractator eloquij morem suamini debet imitari: suosius quippe cum præ aliorum defluit, si vales concavas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum dvertit: cunq; illas sufficiens impleverit, repente se in alveum refundit. (u) Per quarum lata longæque diffusa æquora ita velificat multi iugis eruditionis suppellectilli onustus, ut nescias, quid in illo primum demerari debeat, eruditionem saculæ, an scientiam Scripturarum, uti de præclarissimis PP. præcinitiv Hieronimus. (x) Ideo de increpandus? Imò eximie laudandus. Sanè, inquit Sherlogus, hominem esse plurima, atque exquisita lectiois oportet, in omni Scripturarum genere non mediocriter versatum, qui hæc pro sufficientia præstat, atque tantis post comparatis divitiis, & memoria polleat valenti necesse est, & discursu acri: Quin & huiliv probatorem, ac Bibliorum mixtam explanationem, & præstantissimam, & utilissimam esse, Author idem multis edidit, & quæ nihil iucundius, & quæ rerum varietas consideretur, nihil difficilium, si multitudine lectiois perpendatur: nihil sublimius, si quorum gesta celebrantur, examiniemus: nihil denique atquius, aut homine dignius, si quem in finem suscepta diligentia tendat, auscultemus. (y) Nunquid Ecclesiæ præstantissimi Patres hoc idem interpretandi genus non servarunt, in sua commentaria derivantes ex Gentiliis, ac Poetarum sententijs pretiosa quæque? Præstat (iuculenter ait Paulinus) quasi quedam de hostilibus armis spolia cepisse. (z) Sed præ omnibus Augustinus: Nonne aspiciemus, quanto auro, & argento, & veste suffarcinatus exierit de Agypto Cyprianus Doctor suavissimus, & Martyr Beatissimus? Quanto Lectantius? Quanto Victorinus? Optatus, Hilarius? Ut de viciis tacam, quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit in omni sapientia Agyptiorum: Quibus omnibus viris superfluitosa Gentium consuetudo discipulas, quas utiles habebat, nunquam commodaret, si eas in usum unius Dei colendi, quo vanas Idolorum cultus extingueretur, conversum iri suspitarentur, sed & dederunt aurum, & argentum, & vestem suam excenti Populo Dei de Agypto nescientes quemadmodum illa, quæ dabant, in Christi obsequium redderentur; illud enim in Exodo factum sine dubio figuratum est, ut hoc præsignaret. (aa)

Nun denique eliminandus sermo limatus, & comptus? Loqui nobis communiter datum est (inquit Cassiodorus) solus ornatus est, qui discernit indoctos. Nec sufficit generosos, & subtiles conceptus mente invenisse, nisi generose eos in lucem per verba emittas. Portio ingenij est ingeniosè loqui, quæ ingeniosè concepit. (bb) Nunquid non elegantissimi in hoc genere floruerunt maxima cum laude S. Ambrosius, Nazianzenus, Paulinus, Nolaus, Basilus Seleucus, Cyprianus, Chriostologus, Hieronymus, Zenó Veronensis (qui aliquando Commentatore indiget) & alij quam plurimi Ecclesiæ Patres, ac Doctores? Igitur nihil omnino reperire est in toto opere, quod ab omnibus probari non debeat, quin & plurimum commendari; ac propterea facultate, quam Author efflagitat, dignum valde, ut in publicam lucem prodeat auctum ad studioforum avide expectantium profectum, & commodum, ad totius Rei Christianæ publicæ utilitatem non modicum, ad præclarissimæ Benedictinæ Familie eximium ornamentum, ac tandem ut nobili Scriptori illud Horatij melius replicetur: Exige monumentum ære perennius. Regaliq; situ Pyramidum ætatis: Quod non imber edax, non Aquilo impotens possit diruere, aut immemorabilis annorum series, & fuga temporum. Hoc meum est iudicium: Salvo &c. Martiri in hoc Regali Conventu S. P. N. Francisci die 20. Iulij anno 1723.

Fr. Dominicus Lofada.

FACULTAS ORDINARIJ.

Vista superiore approbatione, facultatem concedimus R. R. P. M. Fr. Emmanuelli de Villarcel Benedictino Laurenfanensi, &c. ut Tomum Sextum in Sacras Tautologias in lucem edere queat. Martij die 16. Septembris anno Domini 1723.

Doct. D. Christophorus Damasio.